Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

inter eximie philosophos non putamus admittendam sed memore
prius ut oportet illam exigamus Gla Concedo inquit So
Ineptam quidem et impuram naturam ad nil aliud quam ad
incommensurationem attrahere dicemus Gla Quid ni So Veri
tatem vero commensurationi ne coniunctam putas esse vel
contrariam Gla Commensurationi inquit arbitror So Commensur
atam igitur et gratam cum ceteris natura mentem exi
gamus que ad entis cuiuslibet ideam ex ipsius natura
ductibilem se prebeat Gla Cur non So Numquid ergo
necessaria queque et ad invicem sequentia explicasse videmur
illius anime videlicet quam sufficienter ac perfecte entis
participare oporteat Gla Permaxime inquit So habes
ne igitur ex quo de huiusmodi exercitio queri posses siqui
dem nullus commode agat operam nisi natura memor
ingeniosus magnificus gratus amicus denique ac cogna
tus veritatis iusticie fortitudinis ac temperantie fuerit
Glau Neque Momus inquit huic hominem aliquem carpserit
So Numquid talibus itaque erudicione etate que perfectis
solis civitatem tuus commitendam;

Commensuracionem intelligit equalitatem in extrema deuitat veluti moderacionem

Epilogus vite philosophe

Momus quidam [illegible]

Capitulum secundum de calumnijs philosophorum elegans excusacio
Socratis per ymaginem Adimantus Socrates

Cum Adimantus o Socrates inquit ad hec
nullus fortasse potens esset contradicere cetum
quoddam simile audientes ad singula que
refers pati solent putant enim se ob interro
gandi respondendique imperitiam a locucione videlicet
per quamlibet interrogacionem breviter deduci demum brevioribus
in fine sermonibus adauctis maximum quempiam ac pri
mis contrarium errorem apparere neque secus ut ignari
ab acutis tesserarum collusoribus in fine concluduntur nec
quid efferant satis noverunt sic et istos in fine deprehendi
neque omnino que dicant intelligere in ludo huiusmodi alted

Similitudo